

der Mitglieder des Prediger-Ordens.

23

nes<sup>1</sup> ante oculos suos, ut legentes<sup>2</sup> et orantes<sup>3</sup> et dormientes ipsas<sup>4</sup> respicerent et<sup>5</sup> ab ipsis<sup>6</sup> respicerentur oculo pietatis. In<sup>7</sup> servitiis autem mutuis se provenientes, in infirmaria, in hospicio, in mensa, in lotionem pedum, beatum se reputabat, qui poterat alium in huiusmodi opere<sup>8</sup> anteire. Aliquotiens<sup>9</sup> fratres exuebant<sup>10</sup> se cappas<sup>11</sup>, tunicas, sotulares<sup>12</sup> et exhibebant<sup>13</sup> fratribus peregrinis, etiam incognitis prius. Tanta erat<sup>14</sup> in serviendo devotio et faciei hyllaritas<sup>15</sup>, ut non hominibus, sed deo et angelis servire viderentur. Aliquis quoque tantam<sup>16</sup> dulcedinem cordis<sup>17</sup> sensit, ut precordis letitia ipsas occulte deoscularetur<sup>18</sup> scutellas. In observatione etiam silentii mirabiliter erant fratres tunc temporis devoti. Fuit etiam aliquis, qui abstinentiam in non bibendo aliquid per octo dies pertransiit<sup>19</sup>. Alius, qui<sup>20</sup> cum ei offerebatur<sup>21</sup> scutella, saporem eius aquam<sup>22</sup> superfundens frigidam illuebat, alius tota XL. [quadragesima] stetit non bibens, nisi semel in die non<sup>23</sup> loquens, nisi interrogatus. Multi raro<sup>24</sup> pictantiis<sup>25</sup> utebantur. Multi ne raro [quidem]<sup>26</sup> notam in speciali incurruerunt<sup>27</sup>, modo ab isto, modo ab illo<sup>28</sup> cibo abstinebant, omni die sibi de oblatiis<sup>29</sup> aliquid abstrahentes<sup>30</sup>. In predicando autem verbum dei<sup>31</sup>, ad quod ordo a<sup>32</sup> principio deputatus est, deus super eum mirum<sup>33</sup> effuderat fervorem ita, quod multi eorum non cum tuta<sup>34</sup> conscientia comedere ulla<sup>35</sup> die audebant<sup>36</sup>, nisi uni vel pluribus predicassent, quibus<sup>37</sup> spiritus sanctus supplebat ex<sup>38</sup> interiori<sup>39</sup> unctione, quod extra deerat ex scientia acquisita<sup>40</sup>.

Capitulum V. De virtute orationis aliud<sup>40</sup> [exemplum] [fol. 38<sup>a</sup>. Pal.].

Frater quidam Theutonicus<sup>41</sup>, magne vile et fame, a pueritia consueverat<sup>42</sup> habere passionem Christi et

eius vulnera in<sup>1</sup> magna reverentia et amore et singulis diebus dicebat ad illa quinque vulnera: „adoramus te, Christe, et benedicimus tibi, quod<sup>2</sup> per crucem tuam redemisti mundum.“ Quinque „venias“ faciendo et totidem: „pater noster“ rogans Christum, ut daret sibi timorem suum et pariter<sup>3</sup> amorem. Huic autem, sicut ipse<sup>4</sup> postea narravit, visibiliter<sup>5</sup> apparuit Christus dominus, dans ei<sup>6</sup> de singulis vulneribus suis<sup>7</sup> bibere miram dulcedinem. Qua percepta<sup>8</sup> omnis mundi dulcedo et consolatio in amaritudinem est illi conversa<sup>9</sup>. Idem frater consueverat venerari beatam virginem; cor eius, quo in Christum credidit, et ipsum amavit; uterum, quo eum portavit; ubera, quibus eum lactavit; manus eius tornatiles, quibus ei servivit; et pectus eius, in quo recubuit, virtutum omnium apothecam<sup>10</sup>, specialiter venerans. Ad singula faciens frequenter<sup>11</sup> singulas „venias“ cum totidem „ave Maria“ adaptando, illis virtutes, quibus meruit fieri mater dei, scilicet: fidem<sup>12</sup>, humilitatem, caritatem<sup>13</sup>, castitatem, benignitatem, patientiam<sup>14</sup> et rogabat eam, ut eas sibi a domino impetraret. Huic autem apparuit beata virgo in sabbato quodam et de singulis, que in veneratione habebat, propinavit<sup>15</sup> ei virtutes, pro quibus oraverat sensibiliter infundens. Frater igitur postposito studio, vacans orationibus<sup>16</sup> mira dulcedine continue fruebatur<sup>17</sup>. Advertentes<sup>18</sup> fratres accusabant eum frequenter, quod se inutilem ordini reddebat<sup>19</sup> non studens. Tunc frater rogavit<sup>20</sup> deum, quod partem illius dulcedinis in scientiam commutaret, qua ad eius honorem utilis fieret<sup>21</sup> animabus. Exaudivit igitur illum dominus et infudit ei scientiam, quam prius non noverat et modo Theutonice<sup>22</sup> et Latine predicat<sup>23</sup> gratiose, magno etiam consilio pollens.

Capitulum IX. De intransitibus ex virtute verbi dei.

§. 3 [fol. 43<sup>a</sup>. Pal.].

Tempore, quo<sup>24</sup> beate memorie magister Yordanus<sup>25</sup> predicabat Vercellis<sup>26</sup>, nam tunc studium [generale?] ibi erat<sup>27</sup>, in paucis diebus XIII. magnos clericos et pitteratos traxit ad ordinem. Erat autem ibi magister

<sup>1</sup> habere in, Vr. <sup>2</sup> quia, Vr. <sup>3</sup> pariter et, Vr. <sup>4</sup> fehlt in Pal. <sup>5</sup> fehlt in Vr. <sup>6</sup> fehlt in Vr. <sup>7</sup> fehlt in Pal. <sup>8</sup> recepta, Vr. <sup>9</sup> conv. illi, Vr. <sup>10</sup> apotecam, Vr. <sup>11</sup> facere ohne frequenter, Vr. <sup>12</sup> fehlt in Vr. <sup>13</sup> fehlt in Pal. <sup>14</sup> pat. et benign., Vr. <sup>15</sup> propinabat, Pal. <sup>16</sup> orationi, Pal. <sup>17</sup> frue continue, Vr. <sup>18</sup> quod advertentes, Vr. <sup>19</sup> redd. ord.; Vr. <sup>20</sup> oravit, Pal. <sup>21</sup> esset, Vr. <sup>22</sup> theutonice, Pal. <sup>23</sup> predicans, Vr. <sup>24</sup> quodam sec. m., Pal. <sup>25</sup> Jordanis, Vr. <sup>26</sup> Vercellensem ohne nam, Vr. <sup>27</sup> tunc ibi erat studium, Vr.

<sup>1</sup> imaginem, Pal. <sup>2</sup> legeres, Pal. <sup>3</sup> et orantes fehlt in Pal. <sup>4</sup> ipsam, Pal. <sup>5</sup> etiam, Pal. <sup>6</sup> ipsa, Pal. <sup>7</sup> fehlt in Pal. <sup>8</sup> Vr. und Pal. haben hier die Abkürzung für omni. <sup>9</sup> oquociens, Vr. <sup>10</sup> exhuebant, Pal. <sup>11</sup> capas, Pal. <sup>12</sup> subertellares, Pal. <sup>13</sup> exhibebant, Pal. <sup>14</sup> fehlt in Pal. <sup>15</sup> illaritas, Pal. <sup>16</sup> in hoc tantam, Vr. <sup>17</sup> fehlt in Pal. <sup>18</sup> deosculantur, Pal. <sup>19</sup> pro-traxit, Vr. <sup>20</sup> fehlt in Vr. <sup>21</sup> cum, off. ei, Vr. <sup>22</sup> aqua, Pal. <sup>23</sup> nec, Pal. <sup>24</sup> fehlt in Vr. <sup>25</sup> fo p. m. pitantiis sec. m., Pal. <sup>26</sup> quidem habe ich ergänzt. <sup>27</sup> incurruerent, Pal. Vr. <sup>28</sup> alio, Vr. <sup>29</sup> obl. sibi, Vr. <sup>30</sup> subtrahentes, Pal. <sup>31</sup> filium dei, Vr. <sup>32</sup> in, Vr. <sup>33</sup> fehlt in Pal. <sup>34</sup> vera, Vr. <sup>35</sup> ulla, Pal. illa, Vr. <sup>36</sup> illa die com. aut., Vr. <sup>37</sup> in quibus, Vr. <sup>38</sup> fehlt in Pal. <sup>39</sup> exteriori p. m., Pal. <sup>40</sup> fehlt in Pal. <sup>41</sup> Thotohincus, Pal. <sup>42</sup> consensit pr. m., Pal.

\* Hierauf folgt eine Anleitung zur Verfertigung von Predigten, sowie die Bestimmungen der General-Capitel und Magister des Ordens über diesen Gegenstand.